

C. D.

1682, 29. b. 144
14

DISPUTATIO JURIDICA
DE

BONIS
PAROCHIALIBVS,

von

Pfarr = Gütern /
Quam

IN ILLUSTRI ACADEMIA SALANA
SUB PRÆSIDIO

PETRI MÜLLERI, JCTi,

Consil. Sax. & Antecessoris,

In Auditorio JCTorum,

ad d. 29. Junii 1687.

publicae ventilationi subjicit

JOH. HENRICUS WINTER/

Mega-Libringensis Schwarzb.

JENÆ,

Typis PAVLI EHREICHII. An. 1705.



PRÆLOQUIUM.

Uemadmodum ad omnem societatem
civilem necessariò requiritur aliqua religio seu
divini Numinis cultus; ita quoque ut ille
cultus rite peragatur requiruntur bona quæ
dam huic usui peculiariter deservientia, quò præprimis
personæ, quæ sacra tractant, honorificè sustentari pos-
sint, ne ob victim inopiam cultus divinus ab iis vel
negligatur vel planè deseratur. Hoc Ethnici sedu-
lò observarunt, qui Sacerdotes suos non permittebant
in paupertate vivere, ut testis est Plin, lib. 18. c. 2.
Nullus enim eorum omnino fruges novas aut vina
degustabat, antequam Sacerdotes primitias libassent.
In Pandectis sacris, & quidem veteris fœderis, De-
um per Mosen leges tulisse legimus, quibus primiti-
as & decimas omnium frugum omniumque pecu-
dum sacerdotibus & Levitis offerri jussit, addita com-
minatione severa, ne, quod lege injunxerat, exequi
neglicerent, ut videre est Deut. 12. v. 19. Qua legis pro-
mulgatione in novo fœdere haud opus fuit, siquidem
Christiani eō tempore sponte & ex singulari quoddam
pietas fervore atque in religionem Christianam a-
more pecuniam ex bonis, quæ vendiderant, in com-
mune cum Apostolis contulerunt, ut ipsis de me-
diis ad vitam sustentandam necessariis rospiceretur,

A 2

Act.

Act. 2. v. 44. & 45. Cum verò successu temporis Christia-
norum pietas sensim sensimque friges ceret, nec Sacer-
dotibus ex primitiis ulterius vivere daretur, ursit necessi-
tas, id que efflagitare visa est, ut Parochis propter laborem
quem sustinent honestissimum, certa quædam bonaconsti-
tuerentur. Hæc cum singularibus gaudeant juribus, rem
multis non ingratam me prædaturum putavi, si de his
Bonis Parochialibus ceu Parochi filius pauca quædam in
præsentiarum differerem. Quod ut feliciter fiat, Te
Deum T.O M. supplex veneror, ut instituto meo cle-
menter adspicere & Spiritus Sancti Tui gratia mihi ad esse
velis :

*Nullius namque est felix conatus & utilis unquam
Confluum si non detque juv: tque Deus.*

Implorato sic Spiritus Sancti auxilio, Tu quoque B. L.
exorandus mihi es, ut dum de primitiis hisce meis ju-
dicium ferre vis, & materiae gravitati ac ingenii mei,
quam libens labensque confiteor, imbecillitati mul-
tum, imò omne sicubi erratum à me fuerit, tribuere non
dedigneris. Sit itaque

CAPUT. I.

Bonis Parochialibus in generе

SUMMARIА.

- I. Unde vocabulum honorum derivetur. II. Unde Parochialia. III.
Quid parœcia. IV. Quam variè accipiatur Parochus. V. Sno-
nyma vocabula tractantur. VI. Describuntur. VII. Singula de scri-
ptionis verba explicantur. VIII. Bonæ sunt vel mobilia vel immobilia
Ne-

TH. I.

NE autem præpostere & in verso ordine procedamus;
quales dicuntur equum frenare per caudam; ea, quæ
ad significationem tituli faciunt, in meritò præmittimus. Bo-
na Ulpianus l. 49. de V. S. à beando derivat, quod nempe per
ea benè alicuis sit; seu quod possessorem suum beent, b.e. bea-
tum faciant. Beare enim est præfesse, d.l. si quis itaque eorum
multum possideat, pro beato reputatur; sive quod divitiae
sint signum Reip. beatæ, tanquam in qua scopus hic munda-
nus facile obtineri queat. Dicuntur autem bona ea, quæ a-
liquis in numero rerum suarum habet; alio nomine posse-
siones & patrimonium nominantur. Germ. Güter / à Guit/
ie. bonum. Besold. Thes. Præf. voc. Güter. Unde patet quod res
qua plus incommodi quam commodi afferunt, bonorum ap-
pellatione proprie non veniant perl. 83. b. 1. adeoque hic intelli-
gi bona naturaliter talia, quippe quæ nobis utilia sunt & com-
modum ferunt: non verò civiliter talia, hæc enim in quan-
tum habent etiam admixta onera. vid. Jac. Rigos & Mallosco adl.
49. de V. S. n. 5.

TH. II.

Bona heic tractantur Parochialia. Græcas autem esse
voces Parochus & Parochia, à quibus etiam abjectivum Paro-
chialis descendit, liquido constat; & originem illius deducunt
ēπο τῆς παροχῆς, quod præbère seu exhibere significat. Erant
enim Parochi Magistratus apud Romanos, qui publicis Lega-
tis Romanam venientibus, ceterisque alicuius dignitatis hospiti-
bus, ligna salēm & alia ad victum necessaria præbenda ac
suppeditanda curabant. Polydor. Virgil. de Rer. Invent. l. 4. c. 9. Sic
quoque apud Horat. Lib. 1. Serm. Sat. 5. v. 46. legitur:

Proxima Campano ponit que villula i cœlum

Præbuit, & Parochi que debent ligna salēmque.

Quæ ratio fortè eriam est, ut Episcopi Parochi quoq; dicantur;
quia virtutem illam, Φιλοξενεῖας nimirum ab illis Paulus 1. ad
Timoth. 3. v. 2. & ad Tit. c. 1. v. 8. requirit. Quemadmodum autem
Parochi olim Legatis usui necessaria providebant: ita Sa-

cerdotes templorum praefecti exhibent ecclesiarum sacra, verbum
& appensa ei mysteria; hinc non abs illos adhuc hodie
Parochos vocamus. Qui igitur ecclesia alicui regenda prae-
est, seu cui certi alicujus populi animarum cura commissa, is
Parochus usitate dicitur: unde etiam corruptum Germani-
cum Pfarrer fluxisse videtur.

TH. III.

Male vero Parochiam a Parocho dictam contendit
Gothofredus, in not ad Lult. ff. de munere & honor. lit. l. sed potius
cum Budæo in anno post. ad f. d. t. existimat, Parocias primam,
non Parochias appellatas esse. Horum opinionis ingens pon-
dus addit antiquæ Ecclesiæ consensus, quæ voce Parocia, usq;
est: imprimis Synodus, quæ Antiochiae Syrorum A. C. 341. i-
nitio quinti anni Imperii Constantii, sub consulatu Mar-
celli & Probini celebrata est, ubi can. 9. sic legitur: Ἐκανεν Επίσκοπον
τοῦ ἐξουσίου ἔχειν τὴν ἑαυτὴν παροχιάν. Unumquemque E-
pisycopum potestatem habere super Parocia. Cui sententia
quoque subscribit Augustinus Lib. 14. de Civ. Dei c. 24. Presbyter
inquit, fuit quidam, nomine Restitutus in Parocia Calamen-
sis ecclesiæ. Nam παροχία viciniam seu conventum de-
notat, a Greco παροχήν quod est cohabitare vel juxta ha-
bitare, ita ut Parocia idem sit quod cohabitatio, vel vicinia, aut
quasi habitatio ejusdem vicinæ: qui igitur unum aliquod
commune templum accolunt, & Sacramenta percipiunt, Pa-
roci dicti sunt. Est autem Parocia locus ubi vivunt Paroci,
imprimis vero Synechdochice locus, ubi habitat Curio, qui
curia seu certa multitudini populi præstet; is locus Sax. Par-
re/Germ. Pfarrer appellatur. Itali dicunt Parochia, Gall. Pa-
roisse. Sed Parocia populum, qui ad unam Ecclesiam perti-
net, significat. Die in eine Pfarrer oder Kirchspiel gehören / zu
sammen gepfarrte. Accipitur nonnunquam nomen Pa-
rocia non tantum pro quoilibet vicinæ conventu qui uni Pa-
rocho subiectus est, sed etiam pro integra diœcesi. Dicunt. E-
rot. 7. Can. Lib. 3 Tit. 29. q. 1. Addit ergo Budæus l.c. quod filati-
nè loqui magis placet, Parocia Curia dici possunt, unde Cu-
riones

riones olim dicti, & Parœci ipsi Curiales. Erat etiam apud Gentiles maximus Curio, referente *Livio* 3. *det ad 7.* cuius auctoritate omnes curiones regebantur. Interim non hac nupera est vocis Parœcia corruptio, sed vetus admodum cum in antiquis legibus crebro Parochia vox occurrat vid. *Glossarium Lindenbrog. ad C.leg. antiq.* quod vocabulum adhibuit quoque *Gregorius IX. Pontifex* in suis *Decretal.* qui integrum titulum de Parochiis & alienis Parochianis scripsit. Hodie promiscuus harum vocum usus efficit, ut librum sit, utrum Parochia vel Parœcia nomen adhibere velim; qualibetate ipse in praesenti materia usus sum.

TH. IV.

Parochus apud Romanos significat Convivatorem, qui nimis publicis legatis & aliis publicae utilitatis gratia Romanum dimisis omnia ad victimum necessaria præparabat atque præbebat. Deinde Parochus dicebatur ille, qui sponso sponsam deducendis in curru assidebat, à $\omega\delta\phi$ juxta & $\omega\chi\tau\omega$ veho. referi enim *Ludovicus Cælius Rhodiginus Leg. Antiq.* l. 28. c. 15. ex Pausania: In Græcia morem servatum, ut in nuptiali curru tres modò federent, media sponsa, à lateribus sponsus, & quem vocant Parochum, qui amicitia vel sangvine foret adnexus, cuique deferrent plarimum. Tertiā hujus vocis significationem suppeditat *Adrian. Turnebus Adversari. l. 15. c. 16. in fin.* hunc in modum differens: non solum Parochi sunt, qui præbenda Magistratibus redemerunt, verum etiam equi, qui cursus publici causa præbentur. Denique quartò Parochus vocatur ille cui certi aliqujus populi animalium cura commissu. Et de hâc ultima significatione sermo noster erit.

TH. V.

Vocantur Bona Faros bialia alio nomine, *Bona Clericalia, Sacerdotalia, it. Pastoralia* metaphorice, vulgo, *Gräßliche Güter/ Pfarr Güter.*

TH. VI.

Difficile quidem est explicare quidditatem & essentiam rei definitiæ, sed nullus dubito, quin aliqualis descriptio heic

heic sufficiat. Describo itaque bona Parochialia quod
sunt res ecclesiastica, que Parocho ob sacram ministerium utende conce-
duntur.

TH. VII.

Hæc descriptio breviter sub incudem revocanda, & scru-
puli ipsam infestantes averruncandi sunt. Dicitur primum
quod inter res, quoniam non ministerium ipsum seu officium,
sed commodum potius inde proveniens bona appellantur.
Dicuntur porro ecclesiastica, quia ea bona Ecclesia dicata at-
que consecrata sunt, ex quibus hujusmodi redditus constant
c. res eccl. ac 12. q. 3. Dicitur: Parocho, quoniam si quid fruen-
dum concedi soleat laicis hominibus ex bonis hisce, bona Pa-
rochialia propriè non dicuntur; ob sacram ministerium, quia sic-
ut beneficia militaria ac bona prophana militibus ac propha-
nis hominibus ob fidem & obsequium dantur; ita hæc sacra
personis ministerio sacro constitutis ob sacram functionem
conceduntur. Denique dicitur utenda: quia dominium &
proprietas Parochorum non est sed quam diu vivunt, & mu-
nere suo funguntur, fructibus perceptis ad alendum se fami-
liamque suam utuantur.

TH. VIII.

Descriptione nunc considerata, sequitur expedienda di-
visio; Illa vero in hac materia præcipua esse videtur, quod
in mobilia & immobilia distinguantur. Mobilia quæ sint Ma-
gnif. Du. Struv. in sua Jurisprud. Rom. Germ. Forens. Tit. 2. §. 2. descri-
bit, nimirum quæ commode de loco suo moveri ac in aliud
transferri possunt: five principium motus in ipsis natura
sit, ut sunt animalia bruta, five ab alio moveantur, ut ceteræ
res mobiles. Quæ alias nomine mobilium veniunt, latè de-
ducit Fer. Rebuff. adl. 93. de V. & Immobilia autem pariter dupli-
cia sunt: aliqua enim sunt immobilia naturaliter & per se
v. gr. ager, prædia, domus &c. aliqua sunt jus quoddam im-
mobilibus annexum, prout decimæ & annua præstatio perpe-
tuò destinata. Cardin. Tuscb. Concl. 102. n. 2. D. Præfes in Jurispru-
dent. Elementar. Diff. 15. tb. 8.

CAPUT

CAPUT. II.

De

Bonorum Parochialium constitutione, au-
gmento, atque privilegiis.

SUMMARIA.

Th. I. Origo B. Parochialium. II. Cura eorum pertinet ad Statuta Imperii Evangelicos eorumque Consistoria. III. Constitutione in Decimis, Habitatione & Agriculturā. IV. Decime prestantur non semper in decima parte, sed quantitate & qualitate solita. V. Decime bona fide praestanda. VI. Nonnullie in locis in manipulis & mergitibus an Oarben prestantur. VII. Quis solvat nummos pro incolatu den. Häusler Groschen. VIII. Parochio de adibus bene proficiendum est. IX. Privelegium exemptionis à munibibus non est extendendum ad eis Parochi proprias, immunes tamen sunt Pastores ab onere decrallationis. X. Parochiani Pastoribus ecclesiarum operas suas prae aliis elocare coguntur. XI. Non tamen gratis praestant, nisi sint dotaes aut consuetudine aliud sit introducsum. XII. Quomodo divisione proventuum inter Pastorem emeritum & Substitutum sit facienda.

Th. I.

Hætenus compendiosè dictum est, quid sint Bona Parochalia, unde dicantur, quorū modis accipiuntur, item quomodo dividantur, nunc ad illorum constitutionem mentem meam applico. Et constat post Christi adscensum nulla Apostolis eorumque successoribus constituta fuisse bona, cum illi ex eleemosyna ac stipe collata tunc temporis sustentarentur *Funk. Comment. lib. 6. Chron.* Urbanus vero, vir sanctitate virtute & doctrina singulari, qui sedere cœpit anno 227. ab eo, qui fuit humanæ salutis primus, decrevit priimus, ut Sacerdotibus liceret prædia ac fundos à fidelibus oblatos recipere. Ast Constantini Magni tempore, qui fasces imperii tenuit A. à Christo nato 306. bona Ecclesiarum eorumque ministrorum maximè cœperunt. Hic enim non folum ablata tempore persecutionum restituit, sed multa insuper,

per de novo addidit; atque bona Ecclesiastica mirum in modum auxit. Nam ex publicis tributis per singulas civitates, venticul certum deduxit, ac eiususque loci Ecclesiis & clericis deputavit: hancque munificentiam firmam & perpetuam haberi lege constituit. Sozom. Hist. Eccl. lib. 1. c. 8. ix. lib. 5. c. 5. Hinc Mantuanus lib. 12. Faf. de Constantino M. ita canit:

Cesar hic in nostram gessans pia pectora gentem,
Immensas donavit opes, vasa aurea, fundos,
Unde Sacerdotes magnis provenibus austi.

Ex quibus magnum Constantini Magni studium ad cultum Christi promovendum apparet, cum non solum maximis sumptibus templa exstrui fecerit, sed etiam Ecclesiarum ministris stipendia è publico tam magnificè dari constituerit. Sozom. lib. 2. c. 4. Id quod sequentibus postea seculis quoque factum est, ut crescente Christianorum numero, reges & principes aliquae, quorum laetior fortuna fuit, hujus exemplum imitati, Ecclesias & Sacerdotes annuis redditibus & decimis ditarent, iisque certa quadam bona constituerunt.

TH. II.

Horum administratio olim penes Episcopum fuit; quod tamen vigore pacis religion. August. A. 1555. initæ, in provinciis ordinum Evangelicorum est mutatum, & jura Episcopalia legibus Imperii ita confirmata, ut non amplius Episcopis eorumque Vicariis, sed Principibus & statibus jure territorii, vermöge der Landesfürstlichen hohen Obrigkeit postliminio qf. restituta sint. Cum vero hodie ea, quæ juris sunt & legis dioecesanæ, in Consistoriis per Consistoriales, Theologos & Politicos, nomine Principum ac superiorum soleant administrari atque expediri, Reinking. de Regim. Secul. & Ecclib. 3. Claff. 1. c. 10., n. 6. ideoque non solum his, sed etiam Parochianis incumbit, Parochio de certis quibusdam bonis prvidere, quæ, si constituta sunt, confignari & matricula Consistorii inferi solent, ut habeant, in quo se fundare queant adversus

versus Parochianos postmodum contradicentes, atque bona
hac ipsis denegantes; quod & judicem postea informare.
potest, ut super hac lite tutu decidat. *Carpzov. Iprud. Confis. Lk.*
D. 97. num. 2.

TH. III.

Confistunt autem bona hac præprimis in decimis, habita-
tione, in agricultura ceterisq; rebus ad sustentationē constitu-
tis, de decimis sciendum, quodeas Parochis non modo laici de
decumanis agris solvere sint obstricti c. 14. c. 26. c. 32. *de Decim.*
Verum etiam Nobiles, ut appetet ex *Ordin. Eccles. Elect. Sax. art.*
gen. 22. §. Als auch. verf. den mehrentheil aber durch etliche von
Uel. 2. quin & judæi de terris, quas colunt, c. 16. *de Decim.*
Penduntur quoque ac Clericis & quidem de bonis patrimo-
nialibus, à beneficiario & Prælato de prædiis Ecclesiasticis, à
Canonico de fructibus sua præbendæ, juxta Canonistas com.
in c. 2. de Decim. Glos. à in d. c. 2. b. t. nequicquam dissentiente.
Secus est in Rectoribus Ecclesiarum & Clericis superioribus,
qui non solvunt inferioribus de decimis sibi acquisitis, quo-
modo intelligendum est illud *in c. 2. de Decim.* Clericus Cleri-
cum non decimat, sicut nec Levita Levitam. *Azor. in Inst. mo-*
ral. lib. 7. c. 24. q. 5. Rebuff. de Decim. q. 5. n. 6.

TH. IV.

Debentur decimæ, non tamen semper in decima parte,
sed in quantitate & qualitate pro cujusque loci consuetudine
recepta: Et quidem ex omni frumento quod culmen gerit,
sive sit secale, Nocken, sive hordeum, triticum seu avena &c.
Rebuff. de Dec. q. 8. n. 3. & 8. Sunt vero regulariter appor-
tandæ ad ædes Parochi, atque præsente Schulteto seu Scabi-
no pagano Parocho admensurandæ, juxta *Ord. Ecc. Elect. Sax.*
art. gen. 21. verb. Was man dem Pfarrer u. in qua Ser. Elector
omnibus fallacis ac fraudibus rusticorum occurtere voluit,
ne quicquam iniquam manusive per commutationem frumē-
ti, sive per usum inæqualis modii detrahant, hâc forsitan ra-
tione motus, quod autoritas judicialis omnem fraudis ac fal-
aciæ præsumptionem excludat. *I. i. C. de pred. & al. reb. min. l. 12.*
C. de patt.

B 2

TH. V.

TH. V.

Cum vero non raro accidat, quod Parochiani decimas frumenti imminuere, atque illud in glumas & lolium convertere soleant: Ideoque adigendi sunt illi, quod tale offerant, frumentum, quale quot annis unusquisque in suo agro percipit. *Azor. Inst. mor. c. 23. in pr.* deque eo ipso solvane decimas. Id quod *Seren. Elect. diet. art.* sancivit: daß ein jeder täglich Getreidig/ und so gut es ihnen gewachsen/ und sie selbst sāen wollen/ unausgesondert/ und an rechten Maas erlegen. Debet autem mensurari per hōstorum modio adæquato, gestrichen Maas/ nisi consuetudine receptum, ut modio cumulato, gehaußen Scheffel: In dubio enim semper modio adæquato, beym ab- gestrichenen Scheffel acquiescendum est, propterea quod communiter hic usū frequentetur, ac pro vero & justo modio vulgo habeatur, ut propterea in dubio ab intellectu communi haud sit recedendum. *Carpz. Juriepr. Consist. L. I. d. 127. n. 6.*

TH. VI.

In nonnullis locis decimæ præstantur in manipulis & mergitibus an Garben/ quas tamen Parochianis de agris suis auferre non licet, priusquam id Parocho intimaverint, qui decimationi interesse debet, ne inæqualem faciant distributionem, minimas nempe illis relinquentes, majores vero in horrea sua colligentes. Hinc *Sereniss. Elector art. 22.* sic constituit: So soll zu Vor kommung desselben / keiner / der dem Pfarrer oder Kirchner zehend zugeben schuldig/ etwas von Zehend Acker heimföhren/ er habe dann den Pfarrer solches zuvor vermeldet/ und ihm den Zehenden/ nach rechter Anzahl des Gewächses überliefert/ und zugestellt/ auch gleiche Gebinde/ und da eiserne Netzen oder sonderlich Maas hierzu gemacht / dieselbigen nach ohne einigen Vortheil binden/ und ihnen überreichen und folgen lassen/ also daß der Pfarrer zu frieden / und deshalb sich bey der Obrigkeit (die dann hierüber halten / und da sie angelangen / die Übertreter ge- bührlich hierum straffen sollen) nichts zu beklagen.

TH. VII.

Quoniam in impositione contributionum æqualitas pro-
ratio-

ratione fructuum vel facultatum est observanda l.13. C. ad. eme
l.2. C. de anno. & trib. Idecirco jura Ecclesiastica mansariis vul-
go denen Hüssnern annuatim pro singulo manso unum gros-
sum Parochis solvendum constituerunt, qui germanice vo-
catur der Hüssen Groschen. Non tamen ab omnibus indiffe-
renter incolis pagorum exolvitur, sed saltem ab iis, qui agros
possident, nec tamen decimas pastori praestant. Conf. SAX. art. 25.
Illi vero qui possident ædes absque agris, sive sint proprietarii
sive conductores, ad præstationem nummorum pro incola-
tu, der Häusel Groschen, adstringuntur, juxta Ordin. Ecc. art.
24. verb. Demnach beyde der Pfarrer und Glückner in der Eele-
sorge / als kuffen / Kranken besuchen / Beicht hören / Sacra-
ment reichen / mit ihnen nichts weniger Mühe / denn auch mit den
Hüssnern haben und tragen müssen / derselben auch oftmais in
einer Kirchfahrt bey hundert weniger oder mehr sind / so sollen diez-
selben an statt des Decems, Zins oder Viets / so die Hüssner zu
geben pflegen / dem Pfarrer achtzehn Pfennig/ und dem Glückner
sechs Pfennige jährlich zu geben schuldig seyn. Solvitur au-
tem nummus hic non in capita, sed familiæ ratio habetur, ita
ut unus quisque pro se & sua familia nummos pro incolatu
solvat. Quod etiam obtinet in liberis elocatis, qui convictu
parentum fruuntur; Secus si propriam & separatam à pa-
tris instituerunt familiam, licet in una domo habitent.

TH. VIII.

Incumbit quoque Magistratus atque Parochianis, ut
Parochio de idonea habitatione seu domo prospiciant, quam
vulgò parochiale, das Pfarr-Hausz oder die Pfarré appellati-
tare conseruerunt, quæ, uti cetera bona Parochialia ab omni-
bus oneribus, servitutibus, tributis etiam atque vestigalibus
immunes sunt l.5. & auth. Cassa C. de SS. Eccles. l.33. §.7. C. de Episc. &
Cler. Magnif. Dn. Struv, Ex 39. 1b. 48. n.6. ita etiam à metatorum
onere regulariter libræ sunt. R. A. Anno 1570. Brunnem.
ad l. r. C. de Episc. & Cler. n. 1. Decet enim personas Ecclesi-
asticas ab omni turbulentia inquietudine remotas & securas es-
se, solliciteque precibus & meditationibus piis vacare; & in-

habitationibus suis à tedium, hoc onere immunes esse l. 33. in
pr. C. de Episc. & Cler. Tabor. de metat cap. 2. art. 1. §. 2. Quia imunitate
gaudet Parochus, licet non in ædibus Parochialibus, sed in
propria domo habiter. Tabor. d.l. §. 10. modò immigrationem
defectus commodioris habitationis publicæ excusat, aut nul-
la machinatio in fraudem fisci cœlatura interveniat. vid. Ma-
gnif. Dn. Friſchb. Obſerv. Jur. Ecclesi. præt. Obſerv. 47. Aliud obti-
net in casu necessitatis & expeditionis principalis, ubi ædes
Parochiales etiam hæc onera, à quibus tunc temporis neque
Ecclesia libera, ferre tenentur l. 3. C. de Episc. & Cler. l. 5. §. 11. C. de S. S.
Ecc. Dn. Richt. Dec. 70. n. 48.

TH. IX.

Hæc vero quæ jam dicta sunt, non extendi debent ad æ-
des Parochi proprias de his enim ut & de aliis prædiis patri-
monialibus onera publica atque Fiscalia solvere tenetur l. f. §. 24.
de muner. l. 8. §. 3. de vac. & exc. mun. Brunnem. ad l. 3. C. de Episc.
& Cler. nisi consuetudine vel lege aliud doceatur. Singulare
tamen est, quod immunes sint ab onere dractionis, germa-
nicæ Abzug Geld/prout testatur Berl. P. 3. C. 52. n. 30. Schnob Disp. 25.
§. 28. quod etiam ordinatum est Thürfusfil. Magd. Kirchens
Ordnung §. 7. verb. seqq. So sollen sie auch frey seyn von allen
Abzuge der Erbschaft/Fälle/ so ihnen oder ihren Weibern und
Witiben in andern Gerichten zufallen und absterben/ ob gleich
sonsten dieselbe gebräuchlich wäre. Quam immunitatem etiam
Professoribus competere plurimarum Academiarum, exem-
pto confirmat Ernest. Cothmann. Reß. Acad. 19. nec non eorum vi-
duis ac libris, si alibi divenditis bonis domicilium ponere, vel
hæreditates & legata, capere velint, cum iisdem beneficiis &
privilegiis, quibus eorum mariti & parentes utebantur, tam
diu gaudeant, donec in suo statu & conditione permanent.
Ernest. Cothmann. Reß. Acad. 19. Berl. p. 3. C. 52. n. 34. & 35.

TH. X.

Præter illud, quod bona Parochialia ab oneribus & con-
tributionibus sint libera, etiam per consuetudinem in pluri-
que

que ferè Provinciis statuum Evangelicorum introductum est
ut Parochi, quorum bona in agricultura potissimum consistunt
operis & servitii utantur Parochianorum, qui operas suas ad
culturam egorum aliis elocare non debent, antequam agri
Parochiales constitunt. Imo nec confugere ad consuetudinē
opus erit in provinciis Elec. Sax. ubi expressa lege Paro-
chianī ad hisce operas obstringuntur, veluti apparet ex ordinis
Eccles. art. 27. S. Dervixigen verb. isti unser ernster Will und Meis-
nung / daß die Bauren freunde Acker um Geld zu beschicken nicht
ehe annehmen / es sind den zuvor des Pfarrers und Schreibers
Acker da sie nicht selbst anzuspannen haben/ samt ihren Nachtbarn
dieselben Dorffs Acker um ein gebührlich und gleichmässig Lohn
beschicket. Et hoc indifferenter de omnibus operis agriculturæ
intelligendum à quibus non excluduntur vectura sumi & fru-
menti Carpz. Conf. l.2. D. 356. n. 6.

TH. XI.

Non tamen gratis hoc præstare tenentur, sed certa
mercede conducti, nisi sint dotales, aut consuetudine aliud
introductum fuerit; Merces vero non debet esse iniqua, ne
Parochi nimia compensatione graventur. Quod vero si pre-
carior serviant, Sereniss. Legislator adeo providus fuit atque
benignus erga Ecclesia ministros, ut modico victu, qui sum-
mam & quantum mercedis non ascendat, multo minus exce-
dat, Parochianos contentos vivere iussit, d. art. 27. S. ult. ibi:
So dem aus guten Willen die eingepfarrten zur Bete dem
Pfarrer etwas von seinen Ackeren beschicken sollen jedes Obrig-
keit auch die Verordnung thun/ damit sie nicht dassir eine solche
Ergezung mit Essen und Trincken fordern/ so dem Lohn gleich so
der daselbe übertreffe / sondern um des heiligen Ministerii wils-
ten/ sich auch mit einen leidlichen begnügen lassen/ und die Ver-
geltung durch den reichen Seugen Gottes/ auf seinen eigenen
Gütern vom Himmel erwarten/ der solches ihnen nicht unbeloh-
net lassen wird.

TH. XII.

Ceterum haud raro contingit, ut Parochi ob statem vel
nimis

nimiris proiectam, vel ob morbum perpetuum ministerio sacro
subeundo amplius praesesse non possint, adeoque necessitas
ipsa desiderare videtur, Substitutum in ejus locum surrogari;
quæritur itaque, quomodo divisio inter hunc & Parochum e-
meritum sit instituenda? Communiter Dd. distinguunt: aut
Substitutus ab ipso Parochio emerito cum consentiu Ecclesiaz
& Patronorum assumitur, vel ipsi invito substitutur. Prio-
ri casu convenire inter se possunt de redditibus, & illa conven-
tio à Substituto est servanda. Hodie plerumque tertia pars
ordinarii redditus cum dimidia accidentalium emerito dari
solet, reliquum vero Substituto, ideo plus accipienti quod la-
bores solus sustineat. Posteriori autem casu incumbit Patro-
nis & Parochianis, ut juxta decretum Visitatorum emerito in
compensationem insignium meritorum de certa provisione
prospiciant arg.l.33. §. fin. & ibi Bart. ff. de admin. tui. Postulat nam-
que hoc lex gratitudinis, exigit ratio æquitatis, jubet fama &
reputatio Principis, suadetque lex publica civitatis *Magnif.*
Dn. Fritsch. de Regn. c. 4. n. 28. Si enim maxima merita dicuntur
quando quis corpori succurrit, ne pereat, certe multa majora
erunt quæ pro anima aliquuj conservanda fuere suscepit, &
præsertim cum hac tanta opera sit, quæ contemplatione salu-
tis certo modo nequidem estimari possint, uti bene, quamvis a-
lio casu, loquitur *¶ Cts Paulus l. 34. in fin. ff. de donat.* Quantitas
autem hic certa non potest determinari, uniformiter, cum
nempè ex ecclesiæ æratio debeant sumi, illius facultates, quæ
hinc inde variant, excutiendæ sunt; quod si non sufficiant, Pa-
rochiani contribuere coguntur. Rationem tamen hic omni-
nō esse habendam eorum, qui propriis sumtibus se suamq; fa-
miliam sustentare possunt, & qui non: Illis non ita prospic-
ciendum, quam his uti vult *Ord. Polit. Sax. de A. 1612. Tit. von Con-*
fessorial-Sachsen. Sed haud injuste fecerint Patroni, si erga-
parochum emeritum, etiam si seipsum alere possit, gra-
sum animum opere ipso contestentur.

CA-

CAPUT III.

De

Bonorum Parochialium Conservatione.

SUMMARIÆ.

- I. Proficiendum ne bona parochialia imminuantur. II. Cura piarum causarum pertinet ad Episcopum. III. Q. Cujus sumtibus ades parochiales ruinas refici debeant. IV. Hodie quando non alia exeat consuetudo, summus ex proveniis sumunur Ecclesiarum, & si illi non sufficiant, Parochiani contribuunt. V. ab hac collectione nec Nobiles sunt exempti. VI. Parochiani etiam operam ad fabricam prestatæ tenentur. VII. Parochus ades faras tectas instar patrisfamilias servare tenetur. VIII. Parochus inquilinos in ades parochiales recipere nequit. IX. Ad Magistratus officium spectat, ne confines bonorum parochialium terminos dejiciant. X. Nec ubi sylva sunt parochiane, ille devastentur. XI. Inventaria Parochus debet diligentissime servare.

TH. I.

Constitutionem Bonorum Parochialium recto ordine excipit eorundem Conservatio. Referunt, Joh. zang. An. 1545. coram Philippo Melanchtonе esse conquesatum, quod multi Nobiles redditus cœnobii attenuarent; respondisse Philippum: Es geht iho unter den Welt Menschen also zu / daß sie sich nicht alle nach der Regel Christi halten: Drachet am ersten nach dem Reich Gottes / das ist / suchet erst die geistlichen Güter, darum wird auch folgen / so wird euch das andere alles genommen werden. Uti hæc resert D. Bernhard Schulz. JCt, olim in Rinthelensi, hodie Chiloniensi Academ. Antecessor, in eleg. dis-put. d. bonis ecclesiasticis Rinthelii habit. th. 22. Hæc, cum à paucis observari, à multis vrō practicari soleant; Quapropter magistratus cuiusque loci diligenter providere debet, ne bona ejusmodi Parochalia imminuantur, ac ut sepe fieri

C

con-

confuevit, in prophanos & privatos usus vertantur atque rapiantur. Hac de retalis extat Constitutio Electoris Sachoniciare, gen. 20, vers. Sollen devorwegen die Zuhörer und Eingesparten ihren Pfarreren und verordneten Kirchendienern mit Willen und gern/ was zu ihrer Unterhaltung gehörlich, besonders aber was hierzu gestiftet und verordnet / geben/ und ohne Verringerung und alle Schmählerung folgen lassen.

TH. II.

Quemadmodum vero omnis cura & sollicitudo de piis causis ad Episcopum spectat. e. 3. c. 10. q. 3. Pet. Gregor. Tholosan lib. 2. Symagm. Jur. cap. 1.n. ii. infin. de qua tamen participiat etiam Patronus & Magistratus secularis l. 7 ff. de officiis. procons. ita par quoque adficionum Parochialium cura ad Magistratum eorumque Consistoria pertinet Reinking. de regim. sc. 5 eccles. lib. 3. Clas. 1.c. 3. n. 17. absque cuius consensu illorum adficiatio & restauratio non est suscipienda. Non tamen ab hac cura prorsus sunt excludendi Parochiani, quia una cum Patrono s. Magistratu pariter & Clero Ecclesiam constituunt, ut hinc nec irrequisitis his adficiatio & restauratio suscipi debeat; quippe quorum interesse etiam ratione onerum sibi ex adficatione imminentium maximopere venit attendendum. Car. p. 20. Jprud. Conf. l. 1. D. 336. n. 9.

TH. III.

Hic movetur quaestio: Cuius sumib[us] ades Parochiales ruit nos & atque collapsa refici debem? Ad Patronum spectare ut ades sacræ, & Parochiales reparentur, asserit Laymannus hb. 4. Tract. 2. c. 13. de Eccles. benef. n. 10. quas tamen non ipse suis sumib[us] reficere debet, sed nisi proprii redditus pro Ecclesia fabrica deputati sint, vel loci consuetudo aliud obtineat, ipsi met beneficiati, seu ministri, ex superfluis redditibus contribuere debent arg. c. si Episcopus de officiis ord. in 6. Paulò vero alter and. Vallenisi in paratit. J. Can. lib. 3. tit. 48. S. 2. de Eccles. adfici. vsl

vel reparand. tradit, imprimis neimpe vocando eos dicit, ad quos consuetudo hoc onus transmittit, cessante consuetudine, statuto, seu dispositione speciali, reparationem de portione, ad fabricam Ecclesiae depurata fieri debere, per c. 10. c. 10. q. 1. in quo Abbas loquitur de refectione Ecclesie Parochialis, quod tamen idem obtinere debet in refectione aedium Parochialium, ut firmat Nicol. Everhard Jun. Conf. 31. n. 6. vol. 2. Quia aedes Parochiales veniunt accessoriis ad ipsam Ecclesiam Sigism. Finselthaus de Jur. Patron. cap. 4. n. 85. Quid si hæc omnia non sufficiant, in subsidium populus ad contributio- nem vocatur Concil. Trident. Sess. 21. c. 7. de reform. Bald. Conf. 32. in fin.

TH. IV.

Hodie extra casum certæ consuetudinis sumtus ad ædificationem aedium parochialium desumuntur ex burfa & provenientibus Ecclesie, qui, si non sufficiant Parochiani contribuere & sumtus suppeditare tenentur, licet in alio territorio & sub alio Magistratu degant, juxta Ordin. Eccles. art. gen. 32. in pr. sequent. Nequaquam igitur excluduntur Filialistæ Magnif. Dn. Fritsch. Obs. Jur. Ecc. præf. Obs. 18. qui ad fabricam domuum Parochianarum aliorumque ædificiorum ad Parochiam spectantium pariter atque ceteri Ecclesiae matris Parochiani contribuere sint obstricti (subintelligitur tamen si ædificia ejusmodi in pagis Filialistarum peculiaria & propria non reperiantur. Alioquin & horum iactuua contributionibus & servitiis immunes essent) sed tantum in tertiam partem, testante Sigism. Finselthaus de Jur. Patron. c. 4. n. 87. qui n. 88. sequens Confist. Elector. Lipsiens. an. 1628. die 25. April annexit præjudicium in causa der Kirchväter und Gemeinde zu Z. Klägere an einem / und der Kirchväter und Gemeinde zu R. im Filial. Beklagte anders Theils: Dass Beklagte zu vorhabenden Bau der Scheune und Ställe zu Z. den dritten Theil zu contribuieren und zu erlegen schuldig. D. N. W.

TH. V.

Ab hâc collectione quoad fabricam Ecclesiaz, domumque Parochialium nec Nobiles Parochiani sunt exempti, propterea: quia commodum & utilitas ex ejusmodi fabricâ non minus in eos, quam in alios Parochianos redundat. Nam inservit Ecclesia exhibitione Sacramentorum, concionibus & rebus sacris omnibus Parochianis absque respectu personarum, sive sint nobiles, sive plebeji; ideoque jure qualiter censentur, quos ne sit paritas rationis l. 32, ff. ad L. Aquil. l. 108, ff. de V. O. Quod tamen non absolute, sed cum grano salis intelligendum, ratione nempe bonorum patrimonialium, in quibus Sacratissimus Imperator noster Nobilitati neutiquam privilegium quoad collectas, sive munus patrimoniale tribuit l. 11, ff. de vacat. & excusat. mun. l. 2. l. 3. l. 6. & l. 9. C. de muner. patrim. lib. 10. non vero ratione feudalium, cum vasalli ratione feudi domino sint obstricti ad præstationem servitorum personalium, ex quo in armis semper ad militiam parati & tam equis, quam corporibus servire coguntur; ex quin est ut vicissim ab aliis oneribus & contributionibus quoad feudum eximantur, nec onere duplice gravantur l. 34. §. 5. ff. de legat. Klock. de Contribut. cap. 14. sect. 2. n. 25.

TH. VI.

Tenentur itaque Parochiani non modo secundum vires & quantitatem patrimonii ac cujusque obventionem contribuere, l. 1. & l. 4. C. de Cens. Sed insuper etiam operas ad fabricam præstare equis pariter ac manibus, reluti sanctum à Seren. Sax. Elect. arr. gen. 32. §. Damit aber die Kirchen / vers. die Eingepfarrten aber Noch und Hand-Arbeit darzu leisten / und was von deme / so von der Kirchen verordnet / nicht reicht / und man mehr zum Bau haben muß das sollen sie durch eine gemeine Anlage einbringen. Quod si quis non habeat in opibus præstet operibus prout rescriptit Consistorium Supremum Dresd.
Super-

Superintendenti & Questori Misnensi d. 7. Octobr. 1618. Procedunt autem hæc solum modo in Parochianis ruri viventibus: nam in oppidis, quia servitia & opera ejusmodi nec exigi nec præstari consueverunt, subsistendum in contributione pecuniae & sumtuum, quibus operarii conducuntur. *Carpz. L.*
2. D. 340. num. II.

TH. VII.

Exstructis sic ædibus Parochialibus & ad commodum usum atque habitationem à Parochianis instructis, ipsique Parocho traditis, tunc incumbis Parochis *sartas atque testas* illas conservare, iisque instar boni patris familias uti, quod expresse innuant verba *Ord. Eccles. Elect. Sax. art. gen. 32.* Wenn sie alsdann den Bau auffbracht / und zur Nothdurft zugerichtet / und dem Pfarrer also gebauet / eingereuinet und überantwortet / sollen sie denselben fordern / und sonderlich dasjenige / so vom Gesinde durch täglichen Brauch verwüstet / und zerbrochen wird / als Osen/ Fenster/ Thüren/ Schlosser/ Leimwände/ Zäume/ Dach und Fach/ so lange sie darinnen wohnen / und daselbst Pfarrer bleiben / wie guten Haushirthen gehuert / in baulichen Wesen erhalten / und nicht zerfallen lassen. *Quid vero* sub verbis Dach und Fach intellectum velit Serenissimus Saxo. paragrapho proximè subsequenti subjicit: *Nimirum omnia ea, quæ jamjam fuere recensita.* Aliud autem observatur si longo tempore, vel casu fortuito hæc res intereant; tunc enim iis competit reparatio, quibus competit etiam exstructio, dicto *art. 32. §.* Wenn aber ein Gebäude/ es sey Osen/ Thüren/ Fenster/ Zäume/ Wände/ Dachung &c. so alt würde/ daß es zu bessern nicht mehr tüget/ oder auch durch Ungewitzer/ oder andere Gottes Gewalt/ Schaden nehme/ soll es die Kirchfahrt/ ohne Zuthun des Pfarrers/ zu erbauen schuldig seyn.

TH. VIII.

Verum hæc omnia, quam tam ex jure communi, quam speciali Saxonico hactenus retulimus, procedunt, nisi quoad

reparationes & extictiones domuum Parochialium aliud sit consuetudine receptum *Magnif. Dn. Fritsch. Obs. Jur. Ecl. pratt. Obs. 32.* Hac enim si pia sit, & laudabilis, ante omnia observanda erit *Klock de Contribut. cap. 10. n. 16. seqq.* quod permittit etiam *decretum Synodale pag. 17. §.* Wir erfahren ibi: und es anders nicht hergebracht. Magna enim est vis consuetudinis, si rationabilis est, neque a jure divino improbarur, quia haberet vim privilegii, arg. 4. I. §. fin. ff. de aqua pluv. art. praesertim si per observantiam subsecutam corroboretur; nam talis observantia consuetudinem declarat 4. 23. l. 37. ff. de II. Hoc saltem addo, quod Parochus inquilinos in aedes Parochiales recipere, easque locare nequeat, ob expressam Sanctionem Electoris Saxon. art. gen. 32. §. Es soll aber ic. Si vero peculiares in ecclesia filiali reperiantur, tunc eas alteri locare non est interdictum, ut liquet dict. art. 32. §. Wenn aber einen Pfarrer ic. modo de damno caveat, si deteriores facta fuerint. Procedit hoc quoque si Parochus proprias aedes habeat, atque in iis degere malit; quod tamen absque prescitu & consensu Consistorii fieri non debet, qui etiam requiritur, quando Parochus epulas nuptiales in aedibus Parochialibus instituere velit. *Carpov. Iprud. Conf. L. 2. D. 354. n. 5.*

TH. IX.

Non minimum eitam est pii Magistratus officium, diligenter prospicere, ne, quod sapientia numero fieri solet, *confines Bonorum Parochialium terminos dejiciant*, atque sic dejiciendo & exarando de agris Parochialibus aliquid dolosè detrahant. Huic malo ut mederetur, & effrenatam imò rapacem nonnunquam rusticorum in agros Pastorum involantium licentiam coerceret, pro innato erga bona Ecclesiae favore, & singulari religionis cura, divinæ indolis Comes, Illustrissimus noster patriæ Pater, Dn. A LBERTUS ANTONIUS sollicitè cavit *Visitationis Decreto*, de anno 1679. artic. 19. quod cum plurima Pastoribus faventia in se contineat, huc omnia transferri merentur: Unsere Beamtene und die mit dem Gericht

Gerichten / oder dem Jure Patronatus beseihen / sollen schuldig
und verbunden seyn / da die Kirchen und deren intraden treulich zu
beobachten / und genaue Achtung geben / dass von denen zur Kir-
chen / Schulen und Hospitalien gewidmeten Gefallen nichts ver-
rückt / die Pfarr Güter richtig vermarktet und versteinet / denen
Pfarrern ihre Salaria und Gebühren gereicht / und von denen
Kästen Vorstehern und Kirchen Vätern jährlich wegen eingehob-
ner Kirchen intraden richtige Rechnung abgeleget werden. Ad-
datur Sereniss. Sax. Elector. Ordin. Eccles. art. hactenus sapientius
citatius 32. §. desgleichen, hoc insuper addens, serioque præ-
cipiens, ut omnes transgressores indistincte, & absque ullo
Personarum respectu habito, puniantur.

TH. X.

Multis in locis *Sylva* ad usum Pastoris vel reliquorum Mi-
nistrorum Ecclesiarum sunt destinata, quae vulgo Parochiane Pfarr
hölder nominantur, illæ nos pro lubitu vel cum devestatione,
sed justo tempore, & cum prescritu Patroni vel Praefectorum
Ecclesiarum sunt cedenda, ne ususfructus proprietatem con-
sumat vel commodum subsequentium annorum devoret.
Quapropter, si ligna non solum usit Parochi vel reliquorum
Ministrorum ecclesiarum sufficiant, sed ad vendendum aliis su-
perficiunt, ministri illa neutiquam vendere, & pretium inde re-
dactum in suos usus convertere possunt, sed pecunia sub
usuris est elocanda: Ita enim bona Ecclesiarum sunt admini-
stranda, ut augeantur potius, quam diminuantur. *Carpe-*
Iprud. Confis. L. i. D. 101. n. 7. Si vero carent ligno Parochi,
tunc hoc habent privilegii, quod nempe simul admittantur,
quando inter Parochianos ea distribuuntur, secundum
artic. 31. Ordin. Eccles. §. Es sollen auch unsere Amtleute / Erbs-
oder Gerichts Herren daran seyn / da die Pfarrer Mangel am
Holz haben / das sie zugleich andern Unterthanen / wenn Holz
ausgetheilet mit anzischen und keines weges ausgeschlossen wer-
den.

TH. XI.

Restat ut de *Inventario Parochi* etiam pauca quædam pro-
feram

feram. Consistit autē illud in consignatione earum rerum,
quæ ad sustentationem familij & instructionem fundi Pa-
rochiani pertineat, ut sunt: Schiff / Geschirr / Viehe und
Saagetwendicht zu Bereitung und Bestellung der Pfarrfelder &c.
Haꝝ & similes res Parochus diligentissime conservare est ob-
strictus; alioquin si culpâ ejus fuerint deteriorata aut de-
perdita, tenetur ipse si adhuc in vivis est, eas restituere, si
non, post mortem ejus heredes tenentur. Competit enim
Parocho usus & ususfructus duntaxat inventarii Parochi-
alis; ideoque hic non minus quam usufructarius tenebitur
ad restitutionem rerum in inventario contentarum,
Barrol. & Bald. ad l. 72. §. 2. ff. de condit & demont. Si verò pro-
pter hostiles incursus Parochi amiserunt boves, vaccas o-
ves &c. quæ ad inventarium pertinent, eas ut restituat Pa-
rochus iniquum est, quia casus hic est fortuitus, & vis ma-
jor, cui resisti, vel qui etiam prævideri non potuit, itaque
ei damnosus esse nequit *l. 25. §. 6. ff. loc. cit.* Quia verò ex quo;
est, ut inventarium futuro successori integrum tradatur
providebit Ecclesia, ut de reditibus suis hoc inventarium
non immerito suppleatur. Quod si vero Ecclesiastica quo-
que bona aut tam exigua, aut itidem incendiis, spoliis &c.
ita decreverint, ut Ecclesia hos sumptus ferre nullo modo
possit; tunc Parochianis hoc onus imponitur, ut videre est
apud Capzov Jprud. *Consil. L. 1. D. 160. n. 11. 12. & 13.* & ita Facultas
Juridica anno 1636. d. 23. Dec. respondit. Weil aber auch die
Kirche von derer Einkäufsten sonst das inventarium billich zu
ersetzen/ neben andern Pfarrgebäuden abgebronnen/ und dahero
diesen Mangel an Viehe aus Unvermögen euren Bericht nach/
nicht ertragen kan: So wird dieselbe nach Gelegenheit diffals
mit Ersetzung mehr gedachten abgenommenen Viehes billich ver-
schonet. Und sind demnach nunmehr die Eingepfaretten die-
sen Schaden zu erstatten und darzu zu contribuiren schul-
dig. *V. N. W. Finckelthaus, d. jur. patronat.*
cap. 4. n. 95.

CA-

CAPUT IV. & ultimum.

De

Bonorum Parochialium Ammissione.

SUMMARIA.

- I. Amittitur usus Bonorum parochialium, si parochus ab officio removetur. Ritus devestiendi refertur. Amittitur quoque, si Parochus ab officio suspenditur. II. Renunciatione si resignatio ne officii. Quia sine permisso Episcopi non per agitur. III. Post mortem Parochi bonor. parochial. usus cessat. Uſu obtinuit fructus per annum, quem vocant gratie, venire ad heredes Parochi. IV. Liberi, etiam secundi matrimonii, jus percipiendi annum gratie ab avo conseqvuntur. V. Si empheyteutus intra annum gratie moriatur, laudemium non novo Parochio, sed vidue & libris cedit.

TH. I.

VIdimus haec tenus constitutionem & Conservationem.
B. Parochialium; Consequens nunc erit, ut causæ, quibus ea amittuntur, præcipuæ, perlustrantur. Dictum est supra, quod Parochi Bonorum Parochialium usum aut usum fructum habeant; ideoque in aprico est, bona hæc ad heredes non transire §. 3. d. usufructi. Amittuntur itaque, nec ad heredes transeunt primo; si Parochus ab officio removetur, ob delictum atrox, puta, homicidium, adulterium, incestum, stuprum violentum &c. Indignus enim est legum beneficio, qui contra leges delinquit. l. 37. de minorib. Obiter hic notandum, certas solennitates observari, si unum ex recentis delictis aliquod commiserit. Nimirum Pastor Reus vestitu Sacerdotali induitus præsentatur Superintendenti, qui à persona, ad hunc actum destinata, exuitur, adhibitis duobus vel tribus Sacerdotibus, & sic denudatus traditur curia seu judicii seculari, in cuius præsencia totus actus peragi debet,

D

qui

qui postea ordinaria pena mortis vel relegatione punitur.
Amituntur quoque, si parochus ob falsam doctrinam, scandalosam vitam & delictum comissum ab officio suspenditur. *Carpz.*
L.3.D.14.n.4. & 5. Accipiunt enim tunc Parochi vice ordinarii fungentes officio accidentia, salarium autem fixum solet colligi a Provisoribus, & si instrumento consistit, vendi, & æratio Ecclesiæ inferri; id quod non solum est æquum, sed & fana suadet ratio. Etenim qui nihil laboravit & sua vita scandalum dedit, & suspensionem promeruit, commodis indignus est, & injustum, ut quis ex malitia suâ commodum habeat. *l. 12. C. d. dol. mal.*

TH. II.

Porro amittuntur renunciatione seu resignatione officii, quando Parochus de una Parochia ad aliam abit, quod regulariter illicitum juxta *Decretum Concilii Nicensi art. 15.* & *Canones c.19.c.31.* & *32.C.7.q.1.* Hodie ejusmodi mutationes non nisi permisissu ac consensu Episcopi fieri debent, *c.4. & d. renuntiat.* Utinamque Clericus beneficium Ecclesiasticum nequit impetrare sine institutione Episcopi, *can.un. 2. de institut. in 6.* ita nec facultatem habet Clericus illud beneficium sine licentia dimitendi, quia omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur, *cap. 1. & d. R. J. in 6.* Sic etiam amitti solent, per translocationem seu translationem de una Parochia in aliam, *Concil. Lat. c.2.* & quandoque de pingui & opimo pastoratu ad steriliorem, vel etiam de superiore ad inferiorem, pro ratione criminis perpetrati, ac qualitate loci atque personæ, quod vulgo dici coniuvit, eina pœnitencie pſarre.

TH. III.

Quod si secundum Sacratissimi nostri Imperatoris effatum *N.22.c.22. & l. ult. vers. homini C. de Episc. & Cler. mors omnia solvit, sequitur, bona Parochialia maximè morte Parochi amitti, quia bona hæc sunt alimentorum species, quæ Parocco ad vitam sustentandum pro laboribus dantur.* Udi autem vita non est, nec labores: nec alimenta debentur; cessante enim causa

causa, cessat effectus. Speciale autem quid est, & in omnibus fere protestantium Ecclesiis plè receptum, quod vidua & liberi defuncti Parochi utantur Bonis atque redditibus Parochialibus totius in sequentis anni, unde vulgo appellatur, das Gnaden Jahr. In Saxonia res est expedita, non integrum annum, sed semestre tantummodo spatium nomine anni gratia venire, quod communiter vocatur. Das halbe Gnaden Jahr, per Conf. Eccles. Elect. Saxon. Rubr. von Immunitatibus und Freyheiten der Kirchen Diener p.m. 62. s. und zu ferner Gnad. ibi. zu ferner Gnad wollen wir der verstorbenen Pastoren und Kirchen Diener Wittwen und Kindern/ ein halb Jahr nach ihres Ehe wirths und Vatern absterben/ in der Pfarr/ Predigts oder Diaconat Behausung/ den Sitz darzu den halben Theil seiner Jahr/ Besoldung/ von Zeit seines Absterbens an/ folgen/ und unter denselben Predigt. Dienst durch die Benachbarten/ die Pfarr oder Diaconat versehen lassen.

TH. IV.

De hoc dimidio gratia anno notandum, quod eò non modo fruatur vidua Parochi, sed etiam ejus liberi, cuiuscunq; fuerint matrimonii, quin & ipsius nepotes, ita ut hi, defuncti parentibus suis, quoque jus percipiendi annum gratia ab avo consequantur. Nam liberorum appellatione nepotes & prop nepotes ceterique qui ex his descendunt, continentur l. 220 ff. de V. S. Capiunt vero vidua & libri defuncti pastoris omnes proventus & redditus Parochiales, sive in frumento generis cuiuscunq; sive in certis pensionibus aliisque fructibus consistant. A quibus nec excluduntur nummi confessionales, atque cetera accidentia, quia Constitutio Elect. in th. praeced. generaliter & absque distinctione loquitur, quæ generaliter & absque distinctione etiam intelligenda l. i. §. i. ff. de legat. pref. Scitè hinc Baldus lib. 1. Conf. 35. aii: generalem locutionem nihil relinquere intactum, & verbo generali omnia includi. Estque communis & ab utriusque juris interpp. recepta regula, quod indefinita locutio à lege prolata & qui polleat universalis. Bariol. l. 44. ff. de legat. 2. Sed judicem hanc in

lite consuetudinem cujusque loci constituit. vid. D. Strykii
Dissert. d. anno Gratiae.

TH. V.

Idem etiam observatur, quando pastor primum, & post eum Emphyteuta intra hunc dimidium gratia annum moritur; Tunc enim laudemialis haec pecunia non novo Parocho, sed vidua & liberis cedit, & ita accidentiis ut loquuntur seu reditibus istius loci consuetis, annumeratur. Confitit namque laudemium in certa pecunia quantitate; ergo & illud ad reliquias praestationes pecuniarias & accidentia referendum.
Dn. Franzk. Tract. de Laudem. cap. 23. n. 2. seqq. Quapropter Confit. El. Et. Lipsiens. d. 3. Septembr 1624. hunc in modum respondit: Ob nun wohl euer Vater vor dem Lehnträger verstorben / und also den Lehenfall nicht erlebet / dennoch aber und diewel Churfürstl. Durchl. zu Sachsen der verstorbenen Pastorn Wiwen und Bindern aus Gnaden eines halben Zahrs Einkommen / nach derselben Absterben geeignet/ darunter die Accedentia, und demnach auch die Lehn-Gelder begriessen/ und dieser Lehenfall innerhalb den halben Jahre sich zugetragen/ so gehöret euch auch das Lehngehd billich/ und hat der ißige neue Pfarrer des Orts sich dessen nicht anzunassen. *V. R. W.* Quomodo autem mortis tempora circa annum gratia computentur, per schema exhibet *Dn. Schilter. in Inst. J. Can. Lib. 1. Tit. 17. §. 24. ad quem B.L. remitto.* Et haec sunt quæ de hac materia tradere volui. Plura quidem addi potuissent, sed cum'animus fuerit non Tractatum, sed Disputationum theses conscribere, nec jastantiæ, sed exercitiis specimen edere; itaque potioribus delibatis impono finem. Benevoli autem Censoris erit, omissa supplere, & quæ minus commodè dicta, sua prudentia corrigerem.

Tibi vero Trinune Deus pro præstito auxilio sit

HONOR LAUS ET GLORIA!

Poli-

Politissime Dn. WInzere.

DUæ in disciplinis res sunt potissimum, quæ in exornando vitæ genere plurimum possunt; indoles sc. qua sponte veluti rapimur ad hanc illamve artem addiscendam, & prompta atque diligens laborum exantlatio. Hinc Adolescentes candidos ac felici ingenio natos Socrates appellare solebat Deorum filios, eò quod hominis mens divinæ sit origines, qua quis præcellit, Deos parentes referre videtur. Ingenium sanè expeditum sine labore nil efficit, ipsi operari bonum est ac utile, otium verò dannosum ac malum. Nulla labori fraus in est, nullus malus dolus. Otium iners & languidum corrumpt corpus animumque, eoque nil fœdius, nil similius est sepulchro. Nobiliora ingenia gravioribus occupantur studiis, ut aliquando majora expectent officia. Cui ergo nativa animi corporisque bonitas contigit, qui que studio literarum se dedit, otio fruitur jucundissimo, si occupationibus instat, contemplationesque indefessis continuat laboribus. Sicuti cibus se habet ad vitam; sic labor ad honestatem. Rem ergo ingenio tuo dignam

D3 ANNO 1540 mi

mi *Winzere*, agis, dum laborem, quem hacten-
nus per aliquot annos cum nostris Musis priva-
tum liberalibus meditationibus insumfisti, jam
publicum facis, ac in J^ctorum cathedra thema
utile ac pium propriis viribus elaboratum me
Præside non sine laude defendis. Sicuti apis va-
rio de flore liquorem flavum fugit, atque mel
dulce sub lares hac æstate congregat; Sic tu flo-
res Themidos per florida tempe libas, mellaque
doctrinæ sedulus recondis. Hinc ut mel apes,
sic operam tuam præmia condigna brevi sequan-
tur, quibus Patriæ feras commoda, Patrique di-
lecto ritè placeas. Vale.

T.

ex animo

PRÆSES.

Bab. Musæ. d. XXV. Jun.
MDCLXXXVII.

I^ho

Dzo da ich dich/ mein Freund/ auf der Fahrt schon sehe stehen
um von unsern Saal-Athen fort- und nach dem Ziel zu
gehen
seh' ich Opfer und Gelübde/ so du Anfangs Gott gethan
und nun schließlich wol bezahlest/ mit erfreuter Seele an.
Zwar da du des Priesters Sohn selbsten dich mit Fleis und Gaben
Gott und seiner lieben Kirch soltest aufgeopfert haben/
hast du dich der Welt gewidmet/ Geist- und Weltlich Recht
beliebt/
dessen diese deine Probe ein ausbündig Zeugniß giebt.
Deine stille Gottesfurcht und dein exemplarisch Leben
Das dem Priester Gunst und Lieb ja das Wesen selbst muß geben
soltent wohl nicht übel lassen auf der Canzel/beym Altar/
und manch wüstes Kind erbauen von der weltgesunkenen Schaar.
Doch weil dich der fromme Gott zu Juristen ausersehen/
Wirst du auch nicht ohne Nutz hin aufs Amt- und Rathaus gehet
aber nebst des Reichen Sache/ die den Beutel wacker spickt
auch des Armen Sache führen so man oftmahs unterdrückt.
Dieses wie es billich ist/ wirstu dir gesallten lassen/
und bey der Juristerey diesen festen Vorsatz fassen:
treulichst zwar der Welt zu dienen doch zu erst auf Gott zusehn
dass zu dessen heiliger Ehre aller Welt-Dienst nüg geschehn.
Zwar wo denck ich doch nur hin dir/ mein Liebster vorzuschreiben
da du ja vorhin schon weist Recht und Billigkeit zu treiben/
gnug das ich versichert lebe/ das du deine Geistlichkeit
mittnen unter Weltgeschäften niemahls sezen wirsi beyseit.
Lässtest du doch igo schon durch gedachte Proben sehen
in was kostlichen Credit Priester-Sachen bey dir sichen
da du die Beschaffenheiten/ Ursprung/ Brauch/ Verlust der
Hucht
Ihrer anvertrauten Güter wohl und richtig aufgesucht.
Nun der Hochste lasse dich dir zu deinem Wohlgedeyen/
lasse dich nach eignem Wunsch deines Fleisses bald erfreuen
Er erwecke nun Patronen/ gebe selbst beliebtes Glück/
was du willt in Gott verrichten gehe fort und nicht zurück.

Zich

Zieh auch nun im Seegen fort/ komme glücklichst zu den Deinen
und vergiß der Freunde nicht die es treulich mit dir meynen/
laß die reine Freundschaftis/Treue unter uns auch künftig
blühn/
und die Lieb/ so uns verbunden/ keinen falschen Schein beziehn.

Aus Trieb aufrichtig gepflogener Freunde-
schaft setzte dieses Glückwünschend

Johann George Scharff / Kelbr.
SS. Theol. Stud.

Du hast es/ Werthester/ ganz wohl gemacht/
Dass du dich öffentlich auch aufgestellt
und/ wie aus der gelehrten Schrift erhellet/
der Welt ein schönes Zeugniß überbracht/
wiewohl und glücklich du bisher studieret
und deinen Fleiß und Müh zum Ziel geführet.
Nun zieh mit Lust in Gottes Nahmen hin

Ich ziehe mit/ mich weiter umzusehen;
lässt Gott uns beyden es inn glücklich gehen
so soll hierauf gericht seyn unser Sinn
dass wir dem Vaterlande dienen mögen/
bis man uns wird in Staub der Erden legen.

So sollte dem Herrn Autori zu seinen rühmlichen Un-
tersangen glückwünschend zurufen sein mit ihm
abreisender Freund/ Landsmann und Stubengesell

Friedrich Samuel Landgraff/
B. R. B.

ULB Halle

006 224 121

3



vol 18
VJ 17



C. D. 1687, 29 b 14
DISPUTATIO JURIDICA DE 14

BONIS
PAROCHIALIBVS,
von
Bfarr = Gftern /
Quam
IN ILLUSTRI ACADEMIA SALANA
SUB PRÆSIDIO
PETRI MÜLLERI, Jcti,
Consil. Sax. & Antecelloris,
In Auditorio Jctorum,
ad d. 29. Junii 1687.
publicae ventilationi subjicit
JOH. HENRICUS Winzer/
Mega-Libringenensis Schwarzb.

JENÆ,
Typis PAVLI EHRICHII. An. 1705.